


9000--.9



IMPLUVIUS ET COMPLUVIUS APUD SARMATAS

Wydawnictwa
Szkolne i Pedagogiczne



Pierwszy w Polsce komiks po łacinie

erinaceus
Sarmaticus

ISBN 83-02-04530-6

V. J.


**IMPLUVIUS ET
COMPLUVIUS
APUD SARMATAS
COMPOSUERUNT-
BM ET JC PINXIT JC**



Wydanie pierwsze
Warszawa 1991 • Wydawnictwa Szkolne i Pedagogiczne





SED PAULO POST... POPULUS ROMANUS IMPERIO MEO
CONTENTUS NON EST. FAMA
PER URBEM IT TIBERIUM CLAUDIUM MINIMUM
IN PUGNA NON OCCIDISSE. FIDEM OMNIBUS ALIQUA
RE FACERE DEBEO, EXEMPLI GRATIA NOVA TERRA MIHI
OCCUPANDA ET IN PROVINCIAM ROMANAM REDIGENDA EST






SIGNUM QUOD COMPLUVIUS IN MURO
PINGIT SPECTATE! HOC POSTEA
VIRI DOCTI FALSE INTERPRETABUNTUR






IBI UT EXPLORATORES PROPERATE ET
CUM REVENIETIS MIHI NARRATE
QUID MIRI INSOLITIVE IN SARMATIA SIT



NON PRIUS TAMEN PROFICISCEMUR
QUAM BOLCONEM SALUTAMUS QUI
TRANS TIBERIM HABITAT. NEMO ALIUS
QUAM ILLE SARMATIAM COGNITAM HABET



SARMATAE SUNT QUI ROMAM VENERUNT
SARMATICE LOQUI, UT VIDES, FACILE NON
EST

XXXXXXXXXX
XXXXXXXXX*



*ILLO TEMPORE SARMATAE ARTEM SCRIBENDI NONDUM COGNOSCEBANT

SALVE IMPLUVI, MEORUM PRIME
SODALIU M !




BOLCO SAEPE MECUM TEMPUS IN ULTIMUM
DEDUCTUS ERAT; UNA IN AEGYPTUM UT
EXPLORATORE'S MISSI SUMUS.



SUSPICOR VOS AD ME NON SINE CAUSA
VENISSE. ANTEQUAM TAMEN QUAESTIONEM
DISPUTAMUS, EDENDUM ET BIBENDUM NOBIS EST




HIC SEMPER REPETIT: NON EDO UT VIVAM
SED VIVO UT EDAM...




IS MODUS VIVENDI PROPRIUS OMNIBUS
SARMATIS EST, SED ILLI ADHUC
"UT BIBAM" ADICIUNT.





MEAM DOMUM VOS
INVITO, UBI POTIONEM
MAGICAM, QUAM
SARMATAE BIBUNT
VOBIS OFFERO




HAEC POTIO PREPARATUR EX HERBA QUAM
EDUNT BISONTES, BESTIAE QUAE IN SILVIS
SARMATICIS VIVUNT.






ET IBANT OBSCURI SOLA SUB NOCTE
PER UMBRAM *



*UT AIT VERGILIUS IN AENEIDOS LIBRO VI


ROMANI MIRABILI ARTE PLURIMAS
APERUERUNT VIAS, QVAE ROMAM
CUM CETERIS
ITALIAE
URBIBUS
ATQUE
REMO-
TISSI-
MIS
IMPERII
PROVINCIIIS
CONIUNGEANT



ROMANORUM VIAE AMPLAE ET DIRECTAE
LAPIDIBUS MULTANGULIS STERNEBANTUR




POST ALIQUOT DIES...



ECCE ASSISIUM, OPPIDUM CELEBRE,
UBI REMANEMUS UT BREVEM
REQUIEM HABEAMUS


ECCE MINERVAE
TEMPLUM AD QUOD
MULTI PEREGRINI
VENIUNT



MIHI TEMPLUM VISITARE NON LIBET.
IN AMPHITHEATRUM
AD CIRCENSES
PROPEREMUS



SED IN AMPHITHEATRO




QUID AGITUR? CUR IN HOC
AMPHITHEATRO GLADIATORES
DESUNT?




NOS, ASSISII INCOLAE GLADIATORES NON
AMAMUS. PLACET TAMEN NOBIS
NOSTRUM CIVEM SPECTARE, QUI
CUM AVIBUS SERMOCINARI POTEST



POST ALIQUOT DIES... ITA IMPLUVIUS ET COM-
PLUVIUS ITINERIS MODUM
INVENERUNT QUI POSTEA
LATE VULGABITUR




ANCONAE IN PORTU




HIC NAVEM ASCEN-
DERE DEBEMUS

HABES PRO CERTO
EAM NAVEM PROR-
SUS TUTAM ESSE?


TUTA NON EST, SED ALIAM
CAUTIONEM CONTRA
NAUFRAGIUM HABET
APUD SOCIETATEM QUAE
NEPTUNUS ET CONSORTES
APPELLATUR



TEMPESTAS ACCEDIT. TIMEO NE NAUFRAGIUM
PATIAMUR



RATTUS FIDEM HUIC NAVI HABERE NON
VIDENTUR



PAULO POST...

PONTO NOX INCUBAT ATRA


O TERQUE QUATERQUE
BEATI QUI IN TERRA
RELIQUERUNT!

TEMPESTATE FINITA


UNUM SOLACIOLUM
EST UT NAUSEA
NON PREMAR

POST ALIQUOT DIES EIUSMODI NAVIGATIONIS

SALVETE NAUFRAGI,
SEXTUS LIVIUS PA-
TAVINUS SUM



VOS PATAVIUM , DOMUM MEAM INVITO



ALIQOT DIES POSTEA IN SEXTI LIVII PATAVINI
VILLA, PATAVINO NON PROCUL OPPIDO

VINUM PATAVINUM BIBITE,
QUOD IN MEA VINEA NASCITUR



PRO VITA NOSTRA SOSPITATA VINUM TUUM
IN SARMATIA LAUDABIMUS *



* EA CAUSA ETIAM POST MULTA SAECULA PERMULTI
DISCIPULI DE SARMATIA PATAVIUM ADVENIEBANT

VALETE, AMICI! EORUM EQUORUM DONUM,
QUOD A SEXTO LIVIO ACCEPIMUS, PRE-
IOSUM EST. NEMO AB URBE CONDITA ITA

LARGUS
FUIT




TOTUM LONGUM ITER QUOD COMPLUVIUS ET
IMPLUVIUS FACIEBANT NULLO MODO DE-
SCRIBI POTEST




AMBULABANT PER MONTES...


AMBULABANT PER FLUMINA...




POST LONGAM PEREGRINATIONEM AD OPPIDUM, QUOD
IMPERII ROMANI FINES ATTINGIT, PERVENERUNT.
HOC OPPIDUM AQUINCUM* APPELLATUR




*HODIE URBS HUNGARIAE PRIMA, BUDAPEST DICTA




NUMQUAM EXPECTAVI IN OPPIDO TAM AB
URBE REMOTO DUO AMPHITHEATRA
INVENIRI POSSE




INUTILE NON ERIT UT HIC EQUOS NOSTROS RELINQUAMUS ET SPECTACULUM VIDEAMUS



SED POSTEA...




EO MODO TOTUS DIES LABITUR




OPPIDI PRAEFECTUM CERTIOREM FACERE DE FURTO DEBEMUS



FRUSTRA REFERTIS EQUOS FULVOS ESSE.
SINE DUBIO EQUI VESTRI NUNC TINCTI
ET VENDITI SUNT. HIS TEMPORIBUS TALE
FURTUM IN NOSTRO OPPIDO SAEPISSIME
ACCIDIT






CRAS TRANSGREDIEMUR
FINES IMPERII ROMANI ET
VIDEBIMUS POPULOS, QUI A
CULTU ATQUE HUMANITATE
PROVINCIAE ROMANAE LONGIS-
SIME ABSUNT




IN HAC RE VOBIS PRODESSE
NON POSSUM, SED NOCTU HOSPITES MEI ESTE!

LIMES IMPERII ROMANI CONSTAT EX
MURIS QUI A BARBARORUM INVASIONIBUS
PROTEGUNT





IN HAC TABULA VOBIS ETIAMNUNC DECLARATIO
INSCRIBENDA EST QUANTAE ALTITUDINIS SUM-
MAM DENARIORUM ROMANORUM IN SAR-
MATIAM PORTETIS




EXEMPLUM
DECLARATIONIS

DECLARATIO
⌚
MDCCLXXXIX


NONNE TIBI VIDETUR QUISQUAM NOS SEMPER
INVIGILARE?



HAC VIA AD LACUM, QUEM SARMATAE
VULGO OCULUM MARINUM NOMINANT,
APPROPINQUABIMUS



VIDE HOMINEM MONTANUM. ROGEMUS
UT IS NOS HOSPITIO SUSCIPIAT



ALIO TEMPORE LIBENTER VOS HOSPITIO
SUSCIPEREM, SED IN PRAESENTIA MONTES
RELINQUO

MONTANE, NONNE
TE PAENITET?



CUR ME PAENITEAT? ROMAM PROFICISCOR
ET IBI MULTOS DENARIOS MEREBO.
CUM REVERTAR
DITISSIMUS IN
VICULO FUERO




EO MODO HEROIBUS NOSTRIS NOX SUB IOVE
PERAGENDA ERAT



POST ALIQUOT DIES



LOCUM COMMODUM AD
FLUMEN TRANSGREDIEN-
DUM INVENIRE DEBEMUS




ECCE TAMEN RES INEXPECTATI PERICULI EST



PONTEM
ASPICE!
HIC AD AL-
TERAM
RIPAM
TRANSIRE
POSSUMUS





QUOD NOMEN VICULO EST? OLIM HIC MAGNA
FLORENSQUE URBS FUIT, CAPUT ANTI-
QUUM SARMATIAE...



INCOLAE TAMEN HUNC LOCUM RELIQUERUNT
ET CAPUT AD SEPTENTRIONES TRANS-
TULERUNT. HIC ENIM DRACO VIVIT, QUI
ITA AURAS POLUIT, UT VITA IN EO LOCO
INTOLERABILIS SIT




ET HAEC PUELLA - CUR ITA PLANGIT?

HAEC VANDA EST, QUAE
GERMANUM NON VOLUIT
ET NUNC SE PAENITET



ISTUM DRACONEM
VIDE AMUS!






NUNC RES PROSPERE EVENIRE DEBET



CAPUT SARMATIAE



TEMPTEMUS ALIQUID NOVI
IN EA CASA QUERERE

PAULO POST...



SALVE! PEREGRINI ROMANI SUMUS.
SCISNE UBI IN HOC OPPIDO JARCONEM,
ILLUSTRISSIMUM DOMINUM, INVENIRE
POSSIMUS?



SCILICET, OPTIME SCIO. NUNC AUTEM HOS-
QUO MODO ESSE POTEST PITES MEI ESTE!
UT TU, SARMATA,
ITA ELOQUENTER
LINGUA LATINA UTARIS?



SARMATAE ANSERES NON SUNT ET
LINGUAM LATINAM COGNOSCUNT.


MIHI NOMEN VARSUS EST
ET HAEC UXOR MEA, SAVA



SIRENA NOSTRA EST. OLIM PULCHERRIMA
NYMPHARUM FLUVIALIUM, HODIE SOLUS
CANTUS EIUS PULCHER REMANSIT




EO MODO HEROES NOSTRI ULTIMUM
ITINERIS FINEM APPROPINQUANT



TENETE IN MEMORIA! ILLA DOMUS
SPECIOSISSIMA IN OPPIDO EST

SED PRIUSQUAM HANC ATTINGUNT...

TEMPUS EST COGNOSCERE
QUIS ET CUR NOS INVIGILET




FEROCITER AGO




UNUM, DUO, TRIA... TRIGINTA...
TIMEO, UT NIHIL IAM AB EO COGNOSCAMUS



SALVETE, AMICI. LONGUM TEMPUS VOS EXPECTO



SERMONE IN MULTAM NOCTEM PRODUCTO
BOLCO IN LITTERIS ME ROGAT UT OMNIA
SARMATIAE MIRABILIA VOBIS MONSTREM



OMNES HIC, UT VIDEO, MAGNAM REVEREN-
TIAM TIBI ADHIBENT.




ID EĀ CAUSĀ EST, UT EGO PROPINQUUM ROMAĒ
HABEAM, QUI MIHI DENARIOS MITTAT. DENARII
ROMANI APUD SARMATAS IN MAGNO HONORE SUNT



ET ILLA TAM IN-
GENS COMPAGES
QUID EST ?

NUMQUAM FINITA AEDIFICATIO EST
QUAM PRIOR PRINCEPS AEDIFICARE
COEPIT SED NOSTRI TEMPORIS DO-
MINUS DESTITIT, QUIA IN VERITATE
NEMO SCIVIT CUI REI FUERIT USUI




ET EI HOMINES QUID EXSPECTANT ?

LIGNUM EMERE VOLUNT

HIC UBIQUE MULTAE SILVAE SUNT.
LIGNUM SIBI CAEDERE NON POSSUNT ?

MINIME. ID TANTUM SOLI COHORTI PRINCI-
PIS LICET. EA LIGNUM CAEDIT ET POSTEA
VENDIT



ET CUR EI OMNES TAM LONGUM
TEMPUS EXSPECTANT ?

QUIA COHORS PRINCIPIS
ITA LABORAT UT VIDETIS



SED EO MODO INCOLAE OPPIDI MULTUM TEMPO-
RIS PERDUNT. MALE INVENTUM EST!

CONTRARIE, INVENTUM MALE IMMO NON EST,
QUOD EO MODO NEMO INCOLARUM TEMPUS
HABET AD CONSILIUM CAPIENDUM, UT
PRAESENTEM PRINCIPEM IN NOVUM MUTET



ET NUNC VOS AD GENAM INVITO SED
NOBIS AD OPPIDI FINES PROPERANDUM
EST. IBI MODO LOCUS INVENITUR UBI
BENE EDERE ET MINIME VENENARI POSSIMUS




IAM DUAS HORAS HIC EXSPECTAMUS

EN NOSTRUM VEHICULUM PROPINQUAT





*) HOC SIGNUM INDICAT ID, QUOD HODIE TAXI NOMINAMUS


VOLUNTATEM NON VADO, TANTUM MOCOTOVIAM*




* HAEC NOMINA PARTIBUS CAPITIS SARMATIAE SUNT



NIL DESPERANDUM. MINISTER! VISNE DENARIUM ROMANUM HABERE?



QUID, HONESTI VIRI, DESIDERATIS? UT MELIUS VOBIS CERTUM SIT, EXPLICARE DEBEO NOS TANTUM AQUULAM, CUCUMERES ET ARINGOS SALE CONDITOS HABERE.



POST HAEC VERBA SARMATARUM TURBA CUCURRIT UT TANTUM NATURAE MIRACULUM VIDERET





NULLA REGIO IN MUNDO EST IN QUA MELIUS QUAM
IN SARMATIA VIVATUR. SARMATIA IPSAM
ROMAM PRAECEDIT. ROMAE, EXEMPLI
GRATIA, PAUPERES SUB PONTIBUS DORMIUNT,
QUAE RES APUD NOS NUMQUAM ACCIDERET,
ATQUE ID EO MAGIS UT PONTES NON HABEAMUS





ET EI CAPTIVI IN QUA TERRA NATI SUNT?

GERMANI SUNT, SARMATIS PROXIMI VICINI, QUI TRANS
VIADRUM* INCOLUNT, QUIBUSCUM SARMATAE CONTI-
NENTER BELLUM GERUNT. QUA DE CAUSA SARMATAE
RELIQUAS NATIONES VIRTUTE PRAECEDUNT, QUOD FERE
COTIDIANIS PROELIIS CUM GERMANIS CONTENDUNT, CUM
AUT SUIS FINI-
BUS EOS PRO-
HIBENT AUT
IPSI IN EORUM
FINIBUS BELLUM
GERUNT

* QUI HODIE Odra NOMINATUR





EGO HAEC REPENDO ET VOBIS REM CURIOSAM
MONSTRO




ID VERO SEPULCRUM PUBLII OVIDII NASONIS EST,
POETAE ROMANI, QUI OLIM AB AUGUSTO ROMA
EXPULSUS EST!

ILLE MULTOS ANNOS APUD SARMATAS
VIVEBAT ET GETICE SARMATICEQUE
LOQUI DIDICIT. IDEM PRIMUS DE ARTE
VERSIFICANDI NOS DOCUIT




POST ALIQUOT DIES...



GAUDETE, AMICI! PRECIBUS
CONTIGI UT PRINCEPS VOS
IN SEDEM SUAM INVITARET




EN PRINCIPIS DOMICILIUM




PRINCEPS DOMINUS TAM AMPLISSIMAE TERRAE
EST SED SATIS MODESTE HABITAT



SED VIX LIMEN SEDIS PRINCIPIS INTRAVERUNT...




SALVETE, ROMANI. IAM LONGUM TEMPUS
VOS EXPECTO



PALATIUM MEUM, UT VIDEO, MIRAMINI.
LIBENTER OMNIA VOBIS EXPLICO: CULTUS
ET HUMANITATIS IMPERII ROMANI ET
OMNIS REI ROMANAE ADMIRATOR SUM,
PRAECIPUE POETAS ROMANOS AMO. IN
BIBLIOTHECA MEA OMNIA EORUM OPERA HABEO




SED CUR, PRINCEPS, PALATIUM TUUM EXTERA
EX PARTE ITA MODESTUM VIDETUR? PORTA-
VOX FLUMINALIS AUTEM, QUI OPINIONES TUAS
POPULO SARMATARUM PRAESENTAT, ROMAE
MALEDICIT?




EA RES CLARISSIMA EST: SI ILLE SARMATIS
VERAM VITAE ROMANAE IMAGINEM
MONSTRARET, MAGNA PARS SARMATARUM
ILLUC MIGRARE VELLE, RELIQUI AUTEM
VITAM TAM COMMODAM AGERE DESIDERARENT,
QUAM INCOLAE CAPITIS MUNDI AGANT.
UNUSQUISQUE VELLE HABITARE IN MAR-
MOREA VILLA, UTI
AQUAEDUCTU, QUI
AQUAM DOMUM
DUCAT, ET HABERE
OMNIA, QVAE VITAM
ROMAE DULCIOREM
FACIANT



VIDE, IMPLUVI, IDEM HOMO EST QUI NOS
INVIGILABAT !




REM VOBIS STATIM PATEFACIO: ECCE INVIGILUS
EST, FIDELIS FAMULUS
MEUS, QUI MEO IUSSU
VOS INVIGILABAT.
PRIMO VOS PROHIBERE
CONABAR, NE IN CAPUT
SARMATIAE VENIRETIS.
CUM COGNOVISSEM
TAMEN VOS PRAECLAROS
EQUITES ROMANOS,
IMPLUVIUM ET COMPLUVIUM
ESSE, SENTEN-
TIAM MUTAVI.



QUID AGITUR ?



SED, SED... HIC TIBERIUS CLAUDIUS MINI-
MUS EST, QUI IN BELLO CIVILI VICTUS
SECRETO QUODAM MODO DILAPSUS EST !



ITA EST. MINIMUS SUM. IAM INTELLIGITIS, CUR VOS SARMATIAM APPROPINQUANTES PROHIBERE VOLUERIM. ET NUNC VENITE MECUM.




EN CAUSA EST, CUR ISTE HOMO AVIDUS ET NEFARIUS QUI NUNC ROMAE IMPERAT SARMATIAM PAGARE VELIT. CONSILIUM TAMEN HABEO. TOTUM HOC ELECTRUM VOBIS DONABO ET VOS ID ROMAM PORTATE ET IMPERATORI PERSUADETE NE SARMATIAM IN PROVINCIAM ROMANAM REDIGAT.



LAMPYRIS NOCTILUCA SARMATICA


SED QUO MODO, PRINCEPS, POPULO SARMATARUM EXPLICABIS TANTUM THESAURUM TRADITUM ESSE ?




SOLUTIONEM INVENI. VENDEMUS VOBIS LICENTIAM PRODUCENDI CURRUS ROMANOS, QUIBUS HIC POPULUS ADHUC ETIAM NON UTITUR. ELECTRUM AUTEM MERCES PRO EA POTESTATE SIT

PRO EA POTESTATE SIT

EO MODO SARMATAE IISDEM CURRIBUS UTI
COEPERUNT, IN QUIBUS ROMANI VEHEBANTUR ...



... QUAMQUAM, VERE DICENS, OPERA SAR-
MATARUM MINUS PERFECTA QUAM RO-
MANA ERANT



VALETE, AMICI. SECRETUM MEUM, UT SPERO,
OCCULTUM TENETIS




CERTUS ES. NULLO MODO TAM
FORTEM VIRUM ROMANUM PRO-
DEREMUS

REDITUS PERICULOSUS HEROUM NOSTRORUM
LONGIOR AD DESCRIBENDUM ESSET...



POSTREMUM LONGISSIMO ITINERE FACTO,
ITERUM ANTE PORTAS ROMAE STETERUNT




REGIO PULCHRA SED POPULUS PIGER OPERUM
ET LABORIS IGNAVUS. BELLO TAMEN STRENU-
US ET IN SACRIFICIA PRO PATRIA PRONUS.
ITAQUE ILLAM REGIONEM PACARE NON VALET,
PRAESERTIM CUM ILLIUS TERRAE DIVITIA-
RUM COMMERCIIUM EXERCERE POSSIMUS.



CUM LONGAM ET PERICULOSAM LEGATIONEM
GESSISSENT, TEMPUS TANDEM ADVENTIT UT
OMNIA IMPERATORI REFERRENT



ET EA CAUSA LEGIONES ROMANAE NUMQUAM
SARMATIAM EXPUGNARE CONABANTUR





NOSTRI AMICI AUTEM MERITO REQUIESCERE POSSUNT
PRIUSQUAM ALIA MAGNA ET PERICULOSA MANDATA ACCI-
PIENT



FINITUR EO LOCO NOSTRA FABULA, CUIUS PROPO-
SITUM ALIQUANDO VESPERI IN CAPITE SARMATIAE
INVENIMUS POST DUO MILIA ANNORUM UT IMPLU-
VIUS ET COMPLUVIUS ITER FECERANT. TUM CENAN-
TES ET GAUDENTES NEC NON POTIONEM ILLAM SAR-
MATICAM BIBENTES CENSEBAMUS INTER MULTOS ET
SERIOS LABORES NOBIS ALIQUID QUOQUE AD EXHI-
LARANDAM ANIMAM SUSCIPIENDUM ESSE. [ID TAMEN,
UT SPERAMUS, NON SINE UTILITATE SARMATIS LIN-
GUAM LATINAM COGNOSCERE VOLENTIBUS ERIT]. EO
MODO EXEGIMUS MONUMENTUM AERE PERENNIUS REGA-
LIQUE SITU PYRAMIDUM ALTIUS, QUOD NON IMBER
EDAX, NON AQUILO IMPOTENS POSSIT DIRUERE AUT
INNUMERABILIS ANNORUM SERIES. TEMPUS NUNC
ADEST UT NOMINA AUCTORUM EIUS OPERIS NOTA

FACIAMUS - QUOS LEGIS, UT NORIS, ACCIPE POS-
TERITAS

OPUS HOC COMPOSUERUNT BARBARA MILEWSKA ET
GEORGIUS CIECHANOWICZ, PINXIT GEORGIUS CIE-
CHANOWICZ. VALETE, AMICI, ET MEMORIA TENETE
TALEM HOMINEM SOLUM DIGNUM ESSE OPERA ANTI-
QUA VIRORUM DOCTORUM EXPLORARE, QUI LUDERE
SCIAT



COMMENTARIOLUS

fama it — wieść niesie
Tiberium ... non occidisse — accusativus cum infinitivo
fidem alicui facere — zdobyć czyjeś zaufanie
exempli gratia — na przykład
terra ... occupanda et redigenda est — coniugatio periphrastica passiva
in provinciam redigere — zamienić w prowincję
ut cognoscant — ut finale (zdanie celowe)
operae pretium est — opłaca się
si — tu: czy (rozpoczyna zdanie pytajne zależne)
viri docti — uczeni
iussu Caesaris — z rozkazu Cezara
verba derivantur — słowa pochodzą
exploraturi — participium futuri activi
quid mihi ... sit — zdanie pytajne zależne
nemo alius quam ille — nikt inny poza nim
illo tempore — w owym czasie (ablativus temporis)
meorum sodalium — genetivus partitivus
tempus ultimum — tu: śmiertelne niebezpieczeństwo
edendum et bibendum nobis est — coniugatio periphrastica passiva
ut vivam, ut edam, ut bibam — ut finale
aquula — deminutivum od: aqua
cognoscisne — czy znasz
se conferre — zwrócić się
Aeneis, Aeneidos — Eneida
multangulus, a, um — wielokątny
properemus — coniunctivus hortativus
pro certo habere — być pewnym czegoś
altam cautionem habere — być wysoko ubezpieczonym
ponto — ablativus loci
tempestate finita — ablativus absolutus
ut ... non premar — ut consecutivum (zdanie skutkowe)
Urbs — id est Roma
aliquem certiozem facere — powiadomić kogoś
noctu — w nocy
examinatio telonaria — kontrola celna
telonium — urząd celny
rogemus — coniunctivus hortativus, tu: poprośmy
hospitio suscipere — udzielić gościny
ut ... suscipiat — ut obiectivum (zdanie dopełnieniowe)
susciperem — coniunctivus irrealis
ditissimus — gradus superlativus od: dives, divitis
sub Iove — pod gołym niebem
noctem peragere — spędzić noc, tu: w składni coniugatio periphrastica passiva

res periculi est — grozi niebezpieczeństwo
videamus — porównaj: properemus i rogemus
reverentiam adhibere — szanować
alicui rei usui esse — służyć czemuś
ut mutet — ut obiectivum
ibi modo — tylko tam
commoditate — ablativus limitationis
aringus sale conditus — śledź solony
ut melius vobis certum sit — tu: aby ułatwić wam decyzję
quae res ... numquam accideret — coniunctivus irrealis
id eo magis ut ... — zdanie skutkowe
victoria reportata — ablativus absolutus
domum — id est in patriam
aestimaveritis — coniunctivus potentialis
quid faciamus — coniunctivus dubitativus
sphragis, idis — pieczęć (wyrz. grecki)
Calliopes — genetivus Graecus od: Calliope
precibus contigi — osiągnąłem prośbami
si ille ... monstraret, pars ... vellet, reliqui ...
desiderarent — zdanie warunkowe (modus irrealis)
meo iussu — porównaj: iussu Caesaris
cum cognovissem ... — cum historicum
lampyris noctiluca (femininum) — świetlik
noctiluca — świecąca w nocy
longior — zbyt długi
cum ... gessissent — porównaj: cum cognovissem
alicuius commercium exercere — wymieniać coś w drodze handlu
piger operum et laboris ignavus — leniwy i do pracy nieskłonny
hominem dignum esse ... quem ludere scire — accusativus cum infinitivo

Tekst
Barbara Milewska, Jerzy Ciechanowicz

Ilustracje i okładka
Jerzy Ciechanowicz

Redaktor
Ewa Niezgoda

Redaktor techniczny
Bożenna Stępień

ISBN 83-02-04530-6

© Copyright by Wydawnictwa Szkolne i Pedagogiczne
Warszawa 1991

Wydawnictwa Szkolne i Pedagogiczne
Warszawa 1991

Wydanie pierwsze. Nakład 19.820+180 egz.

Arkuszy: wydawniczych 6,64; drukarskich 5,25.

Papier offset. kl. V, 70 g, 70×100 cm

Zamówiono 1990-10-22

Druk ukończono w lipcu 1991

Bielskie Zakłady Graficzne

Zamówienie nr 1683/90